

dignum cognitione hominum, mihi
 verò honorificum, meisq; demique
 amicis jucundum auditu sit futu-
 rum. Interim tamen Iconem meam
 mitto. Si bellici motus me non im-
 pediverint, cogito Francofurtum a-
 dire. Argentinam excurrere sumptu-
 osum, videbo tamen. Vale. Dabam
 Ingolstadii 25. Sept. 1620.

J. Keplerus Matthiæ Berneggero

S. P. D.

CL. vir. Ratisponam reversus ad
 familiam, quæ me fuit eousque
 secuta, tuas inveni literas. Per tu
 quidem benigne perque humaniter
 me invitabas in gratuitum hospi-
 tium: at fortuna plus quam crude-
 lis inducias non concessit. Nihil
 quidem periculi corpori, nihil vitæ
 meorum imminet, & famæ hæc nu-
 bila dispellet clarissimus veritatis ra-
 dius: at perit nobis recula nostra
 fundi-